



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Instrvctio R.P. Ignatii Balsamonis Societatis Iesu,
Theologi. De Perfectione Religiosa, Et De Vera Recte
Orandi & meditandi methodo**

Balsamo, Ignazio

Coloniæ Agrippinæ, 1612

Sacramenta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48888](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48888)

culum ad horam præteritam, alterū verò ad proximè sequentem conu-tere, & tria hæc breuiter facere.

1. Gratias agere Deo qui tibi vitam donauit.

2. Veniam ab illo postulare pro defectibus eadem hora admissis, eaque non satis vtiliter expensa.

3. Proponere & gratiam petere pro hora proximè sequenti accuratius & fructuosius expendenda. O beatum illum & ter quaterq; beatum qui animum ad sanctum hoc exercitium applicauerit: per illud enim in continua quadam deuotione conseruabitur, atque ad magnā cū Deo familiaritatem pertinet, in quo tota hominis perfectio consistit; Sed requirit magnam de semetipso diffidentiam, atq; in Deo confidentiam, nec nō firmum propositum & continuatiōnem exercitij huius vsque ad vltimū vitæ diem.

Sacramenta.

Quo ad sacramentorū vsum, sepe numero cōfessione animū perpur-
re, & sacra cōmuniōne reficere debet
idque

idq; summa cū deuotione & præparatione ante illā, & gratiarum actione post eam. Huc pertinet quotidiana sacrificij missæ auscultatio, vel celebratio, quam sine legitimo impedimento nūquam intermitteret, sed summa, qua fieri potest, cum reuerētia & deuotione peraget.

LECTIO SPIRITUALIS.

Quo ad spiritualem lectionem, sit librorum spiritualium nō minus feruens amator, quā orationis: & tales legat, qui statui & vocationi suæ sint, quā maximè accommodati, & ad perfectionem assequendam utiles: congruūt autem religiosis omnibus generatim post Sacras Literas, quas religiosus nunquam de manibus suis deponere debet, hi maximè libri.

Sancti Basilij Ascetica.

S. Bernardi Abbatis opera.

S. Bonanenturae opuscula minor.

Tractatus S. Vincentij de vita spirituali.

Collationes Cassiani.

Scala Climachi.

Vita Sanctorum Patrum.

Vita